

# **Archives d'Anjou. Recueil de documents et mémoires inédits sur cette province publié sous les auspices du Conseil général de Maine et Loire, Appendix Cartis Majoris Monasterii, Nr. 5**

Notum sit omnibus, tam praesentibus quam futuris, quod Mauricius Galicherus dedit Bernardo Loet et uxori suae tres mineias terrae in metereia que est juxta Hospitalariam, in colle sup a pratum Gocelini, propter VIII denarios de censu. Post mullum vero temporis, Bernardus Loet, Hierusalem pergens, dedit post obitum suum nepoti suo Rainaudo Nannetis partem suam terrae; et aliam partem uxor sua, Menodis nomine, dedit Deo et monachis S. Mariae Liriaci; Rainaudus vero partem quam tenebat dedit Gaufredo de Messenge, propter pratum. Johannes, Liriaci tunc prior, mercatus est terram illam a Gaufredo de Messenge XXI solidis. Hoc concessit Auda et filius ejus Gaufrerus, et habuerunt inde tres sextarios siliginis propter concessum. Hoc audierunt et viderunt multi: Robertus Majoris Monasterii, Guillelmus, Pictavensis, Guillelmus de Vitreio, Guillelmus Aanor capellanus, Laurentius Lucus, Audeburgis de Bello Praelo et multi alii.